



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 63. Fridericus Cornelius Cardinalis Sede vacante mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.  
A C 1590.

§. LXIII.

*Fridericus Cornelius Cardinalis Sed  
vacante mortuus.*

*Ciacon. t. 4.  
pag. 158.  
vitæ rel. in  
addit. ad  
Ciacon. Ug-  
hel. l. c.* Sede adhucdum vacante die quarti Octobris obiit Fridericus Comarus seu Cornelius patria Venetus Ordinis sancti Joannis Hierosolymitani Eques. Cardinalis Presbyter titulo sancti Stephani in monte Cælio. Is Patrem habuit quemdam Reipublicæ Venetæ Senatorem, ac Mense Junio anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo primo in primis juventutis suæ annis indefesso studio jurisprudentiæ operam navavit: verum exercitationes magis solidas longe præferens, atque Ordinem Melitensem ingressus Cypri Prior, Bergomensis, & postea Patavinus Episcopus nominabatur. hacque dignitate insignis a Pio V. Legatus ad Tridentinam Synodum decretus ibidem sua pietate non minus, ac eruditione omnium admirationem in se rapiebat, unde etiam a Gregorio XIII. ad sedanda dissidia propter visitationum jus inter Clerum Venetum, & Episcopum Veronensem exorta feligebatur: demum vero a Sixto V., dum hic Mense Decembri Anno Salutis nostræ millesimo quingen- tesimo octogesimo quinto secunda jam vice Cardinales creaverat, Romana

Pur-

Purpura decorabatur, atque in universa Sæcul. XVI.  
ditione Ecclesiastica frumenti curam  
gerere jubebatur, quo in munere sum-  
mam exhibebat solertiam. Ceterum il-  
lius defuncti corpus primo in Ecclesia  
sancti Sylvestri in Monte Quirinali de-  
positum, & postea suorum hæredum  
cura Patavium translatum in Ecclesia  
Cathedrali sepultum est: obiit autem  
annos natus quinquaginta novem, tres  
Menses, & viginti dies, qui Patavinam  
Ecclesiam suam amplissimis bonis locu-  
pletabat, insuper ibidem Ecclesiam  
Theatinorum construere cœpit postea ab  
Urbinatis Archiepiscopo absolutam. Ei-  
dem Cardinali Historia de translatione  
Cathedralis Ecclesiae Bergomensis ad-  
scribitur.

A.C. 1590.

## §. LXIV.

*Comitia sacra pro eligendo Gre-  
gorio XIV.*

Quarta post hujus Cardinalis obitum Tha. l. 100.  
die, seu octava Octobris omnes  
Cardinales numero quinquaginta duo,  
qui tum Romæ agebant, sacris comi-  
tiis initium fecere, quibus paulopost  
Austriacus Cardinalis, & Henricus Ca-  
jetanus non ita pridem a sua Legatione  
e Francia redux se adjunxerunt: porro  
ex illis, quos Julius III. Cardinales  
creaverat, solus supererat Simonetta:

*Hist. Eccles. Tom. LI. H. iive-*